



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar


Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

Quod terra obtineat medium mundi locum, sitq[ue] centrum vniuersi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](#)




Quod terra obtineat medium mundi
locum, sitq; centrum vniuersi.

ARISTARCHVS Samius, qui ante annos mille octingentos vixit, terram medio mundi exemptam, & orbi peculiari inclusam, intra Martis & Veneris sphäram collocauit, & motibus circumagi peculiaribus circa Solem in mundi medio immotum, more stellarum finxit. Et similes hypotheses Copernicus omnium, qui post Ptolemaeum de doctrina Astrorum scripserunt summus, ad sua

as des

demonstraciones assumpsit. Quibus prætermis-
s, ne nouitate hypothesis offendantur aut con-
vibentur Tyrones , terræ medianam mundi sedem
tribuimus, & centrum uniuersi statuimus , vt
ravissima , stellarum fixarum Ortus atq; Occa-
si, equinoctia, dierum augeſcentium & deficien-
tium vices , Eclipses & umbræ ostendunt.



Si enim terra non est in medio universi, obtinetur necessario horum situum aliquem.

Primus, aut collocata extra axem mundi, ita tamen, ut æqualiter distet ab utroq; Polo, hoc est, ut sit in plana superficie æquinoctialis, ut in δ.

Secundus, aut est quidem sita in axe mundi, sed extra superficiem planam æquinoctialis, hoc est, alterutri polarum proprior est, ut in puncto ζ vel γ.

Tertius, aut neq; in axe mundi sita est neq; in piano æquinoctialis, ut in punctis 3 & 9.

Primo situ concesso, haec sequentur absurdæ pro diuersa collocatione in alijs atq; alijs locis plani æquatoris.

I. In sphæra recta nunquam fieret æquinoctium, quia Horizon nunquam secaret æquinoctiale in duo æqualia.

II. in obliqua sphæra alicubi nullum effet æquinoctium, alicubi effet quidem æquinoctium, sed non in medio Parallelo, inter duos tropicos, id est, non accideret sole existente in æquinoctiali, sed in alio minore Parallelo circulo, alterutri punto tropico propiore.

III. Tempus ab ortu ad meridiem non effet æquale tempori à meridie ad occasum solis.

IV. Magnitudines & intervalla siderum in Oriente & Occidente non viderentur æqualia.

In secundo situ, si terra in Axe quidem, sed
in medio mundi locata esset, hæc sequentur
absurda.

In omni climate planum Horizontis seceret
aliam in duas æquales partes, exceptis locis haben-
tibus sphærām rectam. Ergo & zodiacus diuidere-
tur in duos inæquales arcus, & sic alicubi plus,
alibi minus sex signis de zodiaco conspiceretur
qua Horizontem, quod est contra omnem experi-
ciam.



Vmbræ Äquinoctiales Orientis & Occidentis
solis non congruerent, ita ut in una recta linea seu
Æquinoctiaæ consisterent. Nec umbra orientis solis
in solstitiali, rectam lineam constitueret cum umbra
solis occidentis die brumali, & econuerso.

In tertio situ, Si neq; in axe mundi sita esset, ne-

G 4 que,

que in plano Aequatoris, sequentur eadem ab
surda, quæ in prioribus duobus enumerata sunt.

Postremo, generaliter vbiq; ponitur terra
extra medium, confunditur ratio dierum equabi-
liter crescentium & decrescentium in sphæra ob-
liqua, Aequinoctia vero aut nulla omnino fient,
aut non fient sole medium inter vtrung; tropicum
iter peragrange. Nec semper Luna deficit etiam
Soli ex Diametro obiecta. Terra enim non sita in
mundi medio vmbram suam Lunæ non offundet.
Hæc absurdæ conuincunt, terram non posse in alio
loco, nisi in medio vniuersitatem esse.

Quod terra in medio mundi hæreat
fixa & immota,

N E C recto motu, nec circulari terram mo-
ueri, sed in mundi medio quiescere, & sacre lite-
ræ confirmant, & rationes physicæ comprobant.
Inquit enim Psalmus: Qui fundauit terram super
stabilitatem suam, non mouebitur in æternum &
semper, & Ecclesiastes in 1. cap. inquit: Terra
in æternum stat, oritur Sol & occidit, & ad locum
suum tendens, ibi oritur. Et solem moueri clare
affirmat Psalmus: Soli posuit tabernaculum in
ipsis, & ipse tanquam sponsus procedens de the-

Luna si
con suam
solutio
recenze
pere
Vn
lus si
Te
Er
Sed si
circula
sursum
ro re
te ac
circula
Se
tur a
eoq;
tur a
re p
fliss
decu
arce
uehe